



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 18. Personis miserabilibus, & Pauperibus subveniendum docet, & merita Eleemosynarum explicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Proterit injustos, summusque nocentibus
hostis

b Et sine respectu, æquâ librat cuncta bilancē;
Iustitiâ læsâ, turbat confusio Mundum,
Nullus & ordo manet, neve hospes ab ho-
spite tutus,

Pro libituque, Bonis, Fur, Prædo, Latroque
nocebit.

§. 18.

*Personis miserabilibus & Pauperibus subve-
niendum docet, & merita Eleemo-
synarum explicat.*

Fili Eleemosynam Pauperis ne defraudes, &
oculos tuos, ne avertas à Paupere, *Eccles.*

4. v. 1

a Afflictis, ægris, miseris, plus esto pa-
tronus,

b Hi te defendent, cum mortis venerit hora:

c Pauperibus facilis, largam quoque porrige
dextram,

d Thesaurosque tuos Cœlo præmitte fuga-
ces,

e Quos Fur non rapiet, nec bellum aut flam-
ma vorabit,

f Sed certi remanent, totus licet arserit or-
bis:

C 4

a Gra-

h Psal. 57. *a* Isa 1 *b* Job. 29 *c* Job 31. *Eccl* 4.

d Luc. 16. *e* Matth. 6. *f* Eccl. 29.

36. *Nucleus mysticus Legis*

a Grator ut lux est præcedens, luce sequente.

b Sic data, cum vivis, quam quæ sunt morte relicta,

c Tum veras acquiris opes, geminamque coronam,

d Impones capiti, meriti fulgore coruscant:
Foenore dum tanto edoctus, divendere merces:

e Hinc tua da, tua dum sunt, post mortem tua non sunt.

a *Isa* 58. b *Tobia* 4. c *Eccl.* 12. d *Matth.* 25. e *Eccl.* 7.

§. 19.

Reprehendit nimiam aliquorum sollicitudinem, ut post Mortem amplas divitias Hereditibus relinquunt. & saniora suggerit consilia. Ac latius Eleemosynarum fructum ac virtutes demonstrat, & ad eas hortatur.

Et sic alligavit se pessima, quam vidi sub

sole, Divitiæ conservatæ in malum Domini sui, *Eccles.* 5. v. 12.

Nec tribuit ei Potestatem Deus, ut comedat ex eis, sed Homo extraneus vorabit eas. *16. cap 6. v. 12.*

Et relinquent alienis Divitias suas, & Sepulchra eorum, domus illorum, in æternum. *Psal.* 48. v. 12.

Beatus